



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Irrisio, vide suprà in verbo, Derisio. Ceremoniarum superstitiosa
obseruatio peccatum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

386 Iudaizare.

Irrisio, vide supra in verbo, Derisio.

Ceremoniarum superstitiosa obseruatio peccatum est.

Iudaizare (siue seruando sabbathum, siue alia Iudaorum custodiendo) peccatum mortale est, ad superstitionem falsi cultus diuini spectans.

Christianorum cum Iudæis conuersatio prohibita est.

Iudaorum conuersatio illicita est Christianis, in generali quidem quatum ad assiduam seu familiarem conuersationem. In speciali verò quantum ad decem. Primò ad simul habitandum. Secundò ad simul conueniendum. Tertio, ad simul balneandum. Quarto, ad vocandum illos in infirmitate. Quintò, ad percipiendum medicinas ab eis. Sextò, ad nutriendum infantes eorum in domibus eorum. Septimò, ad seruiendum eis, vt illorum famuli. Octauò, ad esse seruum eorum. Nonò, ad preficiendum seu permittendum illos in aliquo officio publico inter Christianos. Decimò, ad comedendum azima illorum: vt videre potes extra de Iudæis. & xxviii. quæst. i. in pluribus capitulis. Et quoniam in multis apposta est poena excommunicationis (vt in primo, tertio, quarto, quinto, & ultimo. in c. nullus. xxviii. q. i. secundum autem dicitur sacrilegium: sextum verò & septimum committitur Prælati vt compellant per Ecclesiasticam censuram, nonò quoque censura excommunicationis ferenda indicitur, xvii. q. ii. c. constituit. ideo cautè oportet confessorem, in huiusmodi non ferre vnã de omnibus sententiam, sed quædam nullo pacto pertransire: qualia sunt omnia quæ quasi continuam conuersationem, aut multam familiaritatem ingerunt (vt cohabitare, famulari domesticè quouis

mini.